

Concauum Octauæ sphaeræ	65357500
Conuexum Octauæ sphaeræ	130715000
Concauum Noni orbis	130715000
32 ¶ Et orbium spissitudines: crassitudinesq; subducto cõcaui interuallo ab uniuscuiusq; sui orbis conuexo relinquuntur: quæ sunt hoc pacto.	
Crassitudo globi Lunæ	99504
Crassitudo globi Mercurii	334209
Crassitudo globi Veneris	3097250
Crassitudo globi Solis	325000
Crassitudo globi Martis	24882000
Crassitudo globi Iouis	17969250
Crassitudo globi Saturni	18541250
Crassitudo globi Octaui	65357500

33 ¶ Duplato cuiuslibet globi conuexo: facile ex regula diametri cælestium globorum circuitus circumferentiaq; elicias hoc pacto.	
Circumferentia globi Lunæ	1310829
Circumferentia globi Mercurii	3411571
Circumferentia globi Veneris	22880000
Circumferentia globi Solis	24922857
Circumferentia globi Martis	181324000
Circumferentia globi Iouis	94273572
Circumferentia globi Saturni	410818572
Circumferentia globi Octaui	821637143


34 ¶ Quo quidem circumferentiarum numero per. 360. partito: proueniunt miliaria: quæ unicuiusuis globi gradui respõdet hoc pacto.	
Vnus gradus circuitus globi Lunæ	3642
Vnus globi Mercurii	9476
Vnus globi Veneris	63556
Vnus globi Solis	69231
Vnus globi Martis	503679
Vnus globi Iouis	817428
Vnus globi Saturni	1141163
Vnus globi Octaui	2282326

35 ¶ Secundum Eratosthenis regulam quam autor in assignanda terræ curuatura atq; diametro insequitur: uni gradui circuitus terræ secundum computationem Romanam respondent miliaria octuaginta septē & semis. Secundum autē cõputationē qua Alphag. Thebiciusq; utuntur: uni gradui terræ respõdet miliaria quinquaginta sex cum dodrante hoc est & tres quartæ unius: & terræ circumferentia ē. 20428. & quattuor septimæ. & terræ diametrus. 6500. & semi diametri quantitas. 3250. Quo fit ut Alphagrami miliarium paulominus passuum. 1542. continere depræhedatur: deest ferme uncia medietas hoc est passus uicesima quarta: quorum passuum: miliarium romanum solum mille compræhendit. & qui prædicta interualla atq; distantias ad Eratosthenis: autorisq; miliaria calculata desideraret: factu per q̄ facile est illi qui arithmetico destitutus nō est præsidio: Sed de his hæcenus: etiā plusquā par sit (nisi numerorum amatoribus) dictum esse uidetur introductorii astronomici de sphaera primi finis.

¶ ENARRATIO Secundi Libri

Quid circulus maior & minor in sphaera Capitulum primum.
1 ¶ Maior circulus in sphaera: is est qui in conuexa superficie sphaeræ descriptus: sphaeram in duo æqua diuidit & sūt sex: Aequator: Zodiacus: Colurus æquinoctiorum: Colurus solstitiorum: Meridianus & Orizon. circulus minor in sphaera: is est qui in superficie sphaeræ descriptus: minime sphaeram in duo æqua diuidit & sunt quattuor: Circulus arcticus: Circulus cancri: Circulus capricorni: & Circulus antarcticus. Quo fit ut summam decem sint circuli: quorum præfens suscipitur determinatio. Et primum autor determinationem æquatoris exsequitur: cuius determinationis littera clara est.

2 ¶ Magi præcipua puncta in cælo quattuor determinant: punctum orientis: punctum mediæ diei: punctum occidentis: & punctum mediæ noctis. Punctus orientis: dei est. Meridiei: intelligentiarum. Occidentis: ca-



ducorum. Mediæ noctis: malax: potestatu. Sũtq; ut lux: lumē: umbra: tenebræ. quapropter motu qui ab oriente incipiens in eundem relabitur & finit: diuinæ intelligentiæ contemplationis motus explicatur: qui a deo inceptus in deũ recurrens foeliciter definit. & motus inferior: nostræ infirmitatis motum insequatur: quo ex sensibilibus ad optimũ naturæ parentem assurgimus: a quo iterum relabimur ad caduca: a quibus rursus ad diuinæ cõtemplationis officium erigimur: ut ex iis quæ uisibilia facta sunt: inuisibilia dei compræhensa cernamus. ii tamē quorum contemplationis modus supra rationē ascēdit: & quibus fors cognoscendi foelicissima obigit: gaudent potius intelligibili modo ex deo omnia contemplari: & in ideam cognitam reducere omnia: & quasi i primo cognitionis circulo agitari: q̄ rationis motu: inferiorumque cognoscendi circulo: ex tenebris: lumen mendicare: & magi per hæc quattuor puncta: magna: arcanaq; portendunt. Sed de his hæcenus.

3 ¶ Ar de primo motu quo omnes sphaeræ inferiores intra diē & noctem circa terrā raptant: & de motibus propriis inferiorq; cõtraq; nitentium sphaeræ: in sc̄do capite primi libri p̄ præsentī introductione dictum est sufficienter. Illum tamē proprium motum facile experimur in luna: quæ omniũ ocyslime zodiacum illo motũ percurrit: quam si notamus in coitu cum sole: & eam postero die ituemur: uidebimus eandē ex parte oriētis (modo uideri possit) reliquisse solē: & altera nocte magis oriētē uersus elapsam: donec ad solis oppositum plena face illustrata pertigerit ad quem iterum suum absoluendo circulum retro properare festinat: quousq; eidem iungatur. Et hoc pacto de sole anotaueris: si aliquam stellarum fixarum in uia solis ex parte orientis annotes: quæ tardo admodum motu comparata ad solem mouetur: quam tandem proprio motu sol assecutus: tuis obtutibus subtrahet. mox orientem uersus elapsus: eam ad occidentem reliquet. & hunc in modum lōgis temporibus de quinq; planetarum propriis suæq; naturæ accõmodis motibus: experientia te redderet edoctum.

4 ¶ Quod autem polus noster boreus dicatur a uento: septentrionalis a septem stellis plaustrī: quæ sunt minoris ursæ: quæ & Cynosura dicitur: & quæ est una quadraginta octo imaginum cælestium & arcticus ab arcto maiore urfa: quæ Calisto & Elyce nominatur: una itidem cælestiũ imaginum: clari⁹ est q̄ quod commentationis lucem requirat: & hunc in modum de appellationibus alterius poli qui cum illis etiam noticus & astronoticus dicitur.

5 ¶ Octo & quadraginta imaginum cælestium nomina sunt hæc.		
Draco	Anguis ophyuchi	Capricornus: Egoceros
Elyce: Urfa maior	Ophyuchus: Anguifer	Aquarius
Cynosura: Urfa minor	Sagitta	Pisces
Bootes: Arctophylax: Arcturus	Aquila	Cetus: Pistrix
Corona	Delphin	Eridanus
Anguis	Pegasus: Aequus alatus	Lepus
Engonasis: Genu nixus	Deltoton: Triangulus	Orion: Iugule
Lira: Fidicula	Aries	Canicula: Syrius: Canis maior
Cygnus: Holor	Taurus	Procyon: Canis minor
Circulus: lunonius	Gemini	Argo: Nauis
Cepheus	Cancer: Carcinos	Phillyrides: Chiron
Calliopeia	Leo	Ara
Andromeda	Virgo: Erigone	Hydra
Perseus	Libra: Chele	Ciphus
Caput medusæ	Scorpius: Nepa	Cor us
Heniochus: Erichthõius: Auriga. Sagittarius: Chiron		Pisces: Notius

De zodiaco circulo capitulum secundum.

6 ¶ Zodiacũ diffinit q̄ sit circulus maior: æquatorē in duobus punctis: quæ sunt principia arietis: libræ dirimēs: cuius una medietatũ ad septentrionē: altera uero ad austrũ declinat. & ps ea quæ ad septentrionē declinat: arctica dicit̄ & septentrionalis: sed signa arietē: Taurũ: Geminos: cancrũ: Leonē: & Virginē cõtinens: quæ & septentrionalia dicunt̄: ps autē ad austrũ declinans australis nominatur: sex identidē signa australia: libram: scorpionem: sagittarium: capricornum: aquarium: & pisces itidem continens. Et intelligitur zodiacus latitudinem. 12. graduũ h̄re: quæ est latitudinis totius cæli ambitus. 30. pars. Intelligatur item in media latitudine zodiaci linea eam latitudinem in duo æqua partiēs: ultro citroq; sex latitudinis gradus relinquens: quæ dicitur eclipctica.

7 ¶ Est ergo eclipctica circulus maior: latitudinem zodiaci in duo æqua partiens: quæ ideo eclipctica nomen sortitur: q̄ nunquam eclip̄sis hoc est solis lunæue deliquium contingat: nisi eorum uterque sub eadem linea in eodem: aut oppositis gradibus decurrat: in eodem quidem si solare futurum sit deliquium: in oppositis uero si lunæ: & sol semper sub ea linea medius incedit: neque usquam ultro citroq; deflectitur deuiatque: cæteri autem planetarum: nunc sub ea: nunc citra: nunc ultra exspatiati uagantur: qui si in ea latitudinis medietate quæ ad arctum reliquitur uagi feruntur: latitudinem tamen dicuntur

hæ septentrionalē: sin in altera: latitudinē declinationēq; tū habent meridionalē. Et circulus ois in. 12. æquas partes secat q; signa nominant: & signū quodlibet rursū in. 30. gradus: quo fit ut circulus q; q; 360. gradus continere dinoscatur. 12. siquidē in triginta ductis: numerus. 360. protinus enascitur.

8 Et signa in zodiaco pecularia nomina sibi sortiuntur atq; uendicant: suntq; Aries: Taurus: Geminis: Cancer: Leo: Virgo: Libra: Scorpius: Sagittarius: Capricornus: Aquarius: Pisces in cæteris autem circulis nomina nulla sunt sortita: sed duntaxat signa nūcupatur cæteræ autem fractiones ex fronte libri notæ sunt. Mox emendat eos qui dicebant signa zodiaci esse quadrata cū quadratum sit superficies quattuor æqualium laterum: atq; angulorum: modo latus unum signi zodiaci est duodecim graduum & alterum triginta: quod quidem maius altero esse cognoscitur: nā alterius duplū sesquialterum.

9 Mox declarat qd tali sermone sol est in ariete aut tauro & similibus intelligere debeamus: cū sol i q; rto cælo ferat & aries octauo circuli sit i octauo circulo: & primi nobilis i prio utriusq; n. & octauo & primi circuli mobilis p prius ponit zodiac: dicit prio q; eo sermone itēdim solē eē sub ariete aut sub tauro & ita quoq; de similib; & capi i p sub: & signū i ea significatiōe i q; pauloate finitū est.

10 Sed alias tres ponit significaciones signi: q; minus astronomica proposito cōducunt. Pria est ut signū dicat euerfa pyramis cuius basis sit signū proprie sūptū: sed uertex pyramidisq; conus in centro terræ intelligat: est. n. pyramis figura solida a cuius una supficie latera ad unum punctū erecta concurrunt: & ea superficies a qua erigunt latera pyramidis basis nūcupatur: & punctus ad quem concurrunt pyramidis uertex atq; conus: & hoc pacto utēdo noīe signi: quicqd sub signifero circulo cōtinet pōt dici (ut pars) esse i signo. Secūda ē ut signū accipiat p. 12. pte sphaeræ: ita ut sphaera itelligat diuidi p circulos se i polis eclipticæ iterscates: quoz prius p principia arietis & libræ: & scdus p eoz fines & principia gemioz & sagittarii trāseat: & huc i modū cōsequēter & ps cæli. 12. iter pxios circu. arietē mediū itercipiētes: signū arietis nūcupat & hoc pacto de tauro: geminis: cācro: & reliqs. Tertia ē ut signū p mūdi unica. i. 12. pte accipiat: ita. f. ut itelligam totā corporeā machinā i. 12. æqs ptes diuisū p superficies circuloz se i polis eclipticæ (ut mō dictū ē) secantiū: quoz rū pximi quicq; bini i latitudine media: signa opposita itercludant prius & scdus ex una pte i medio claudant arietē & ex altera librā: & secundus & tertius tauroz & scoriū: tertius & quartus geminos & sagittariū: quartus & quintus cancrū & capricornū: quintus & sextus leonem & aquariū: sextus & prius uirginē & pisces. Quo fit ut sex circulis tota corporeoz machina in duodeci æquas portiones: rite hoc pacto itelligeretur diuisa: & qcquid in uniuerso posse dici hoc pacto (ut pars) esse in signo. sed hæ tres supremæ signi significaciones (ut iam dictum est) parū ad astronomiam momēti afferunt: prima autē magis accommodata est: iccirco de his abundantius q; par sit forte dictum esse uidebitur.

De duobus coloris Capitulum tertium.

11 Colurus solsticiorum ē circulus maior: per principia cancri & capricorni: per polos eclipticæ: par iter & polos mundi transiens. Colurus autem æquinoctiorum itidem circulus maior est: per principia arietis & libræ & polos mundi transiens.

12 Punctus uerticalis (quem zenith nūcupat) est punctus i cælo & directo rei suprapositus: & si cōcipias lineam rectam per centrum terræ: pedes & caput cuiuspiam ad cælum erecti transeuntem: applicantem. que ad cæli circumferentiam eius extremum: punctus ad quem applicat: uertex illius rei dicet: & eo pacto si per centrum terræ & medium urbis hæc linea trāfire intelligatur: is punctus ad quem in cælo applicat illius loci uerticalis punctus dicetur.

13 Maxima solis declinatio ē arcus coluri inter æquatorem & alterutrum tropicorum interceptas: quæ a Ptolemæo inuenta est uigintitrium graduum: & unius & quinquaginta minorum: ab almeone uero. 23. graduum & 33. minorum: & huius uarietatis mobilitas eclipticæ octauo circuli in causa ē: quæ accessionis: recessionisq; motu eiusdem circuli prouenit: ut amplius ex theoricis est cognoscendum. cætera autem peruiam: perspicuamq; de se præbent intelligentiam.

De meridiano capitulum quartum.

14 Meridianus est circulus maior per punctū uerticis & polos mundi transiens: unde euenit ut hūc circulum nobis uel ad ortum uel ad occasum proficiscentibus: continue uariari necesse sit: & oia loca quorum unus ad orientē magis q; alter quicunq; promior uergat: diuersos habere meridianos: & hoc pacto de locis uicinius ad occasum uergentibus.

15 Longitudo locorum (quam & longitudinem ciuitatum dicunt) est arcus æquatoris inter duos duum locorum meridianos interceptus: & cum æquator. 360. gradum circuitum obtinens: totus super orizonta in. 24. horarum spacio regulariter ascendat: hinc euenit ut in una qualibet hora. 15. æquatoris gradus continue super orizontem conscendant: quapropter ex longitudine ciuitatum facillime cognoscitur unius ad alteram horaria distantia: cum sol citius meridianum obtineat eis qui orientis sunt uici-



niores q; occiduis: ergo si duarum urbium: longitudo sit. 15. gradus: sol citius earum orientioris unius horæ interuallo q; occidentalioris meridianum cōtinget: & si illorum locorum lōgitudō esset. 30. gradus: sol citius illic duarum horarum iterallo q; hic ad meridiei pueniret fastigiū qd facile ex tabula longitudinum locorum ab occidēte paulopost subiuncta deprehendas.

16 Intra ergo tabulam & uide eregione locorum (quorum differentiam quæris) longitudes: & minore subtrahere a maiori scilicet gradus a gradibus & minuta a minutis: & quod relinquetur est illorum adinuicem longitudo: partire ego per. 15. gradus longitudinis inuenta: & quod elicietur sunt horæ quibus sol citius i loco cuius inuenta fuerat longitudo maior peruenit ad meridianū. At si gradus non ascendat ad. 15. aut si qui supersint partitione per. 15. facta: illos multiplica per. 60. & producto adde minuta si quæ superabant & partire per. xv. & habebis minuta horæ: & si partitione facta superant minuta: ea rursū duc i. 60. & partire per. xv. & habebis secunda: & hoc pacto eliceres tertia & alias miutias. Verbi causa: si cupis cognoscere quanto tempore sol citius hierosolymitanis q; parisiis contingit meridianum: accipe utrorunq; ex tabula ab occidente longitudinem: estq; parisiiorum: longitudo gradus. 24. minuta. 30. hierosolymitanorum uero gradus. 66. & minuta. 15. & quia hierosolymæ ad occidentem q; parisi est longitudo maior: subtrahō ergo gradus. 24. & minuta. 30. longitudinem uidelicet parisiā & gradib; 66. & minutis. 15. longitudine Solymorum & superant gradus. 41. & minuta. 45. longitudo scilicet meridianorum hierosolymæ & parisi: quos superantes gradus partior per quindecim & proueniunt duo numerus scilicet horarum sed supersunt. ii. gradus & 45. minuta quibus quidem gradibus per sexaginta multiplicatis & pducto additis. 45. superantibus minutis surgit numerus. 705. quem partior p. 15. & proueniunt. 47. numerus scilicet minorum horæ. ratum ergo erit solem citius occupare meridiei summitatē hierosolymitanis q; parisiā duabus horis & 47. minutis. Tabula ergo longitudinis locorum pariter & latitudinis subter cōspicienda subiicitur: ex Ptolemæo deprompta.

Tabula lōgitudinis & latitudinis ciuitatum ab occidente.

Nomina	Longitudo		Latitudo		Nomina	Lōgitudō		Latitudo	
	G	M	G	M		G	M	G	M
Ex hispania quæ & iberja					Ex italia				
Hieron p montoriū	2	30	38	15	Liguria: ciuitas	30	0	42	30
Anas: fluuius	4	20	37	30	Mediolanum: ciuitas	30	30	44	20
Beris: fluuius	5	20	37	0	Ticinum: ciuitas	30	30	44	0
Mnestei: portus	5	30	36	30	Parma: ciuitas	32	10	43	30
Calpe: mons	7	30	36	15	Regium: ciuitas	32	30	43	30
Iulia: ciuitas	8	30	0	0	Nuceria: ciuitas	32	0	43	20
Corduba: ciuitas	9	20	38	20	Felcina: ciuitas	33	20	42	30
Caridemū p montoriū	11	20	36	30	Florentia: ciuitas	33	30	43	0
Nelus: fluuius	12	0	45	10	Pisæ: ciuitas	33	20	42	30
Cartago noua: ciuitas	13	0	37	30	Aretium: ciuitas	34	20	42	30
Pallantias: fluuius	15	0	39	30	Sena: ciuitas	34	20	42	20
Iberus: fluuius	15	30	39	20	Fauntia: ciuitas	34	10	43	30
Tarracon: ciuitas	16	20	40	20	Ariminum: ciuitas	35	10	43	30
Barcinon: ciuitas	17	15	41	0	Roma: urbs	36	30	41	30
Ex galia					Tiberis: fluuius	36	30	41	30
Garunna: fluuius	18	30	46	30	Tibur: ciuitas	36	30	41	30
Neodunū: ciuitas	19	0	50	0	Preneste: ciuitas	37	20	41	30
Neomagus: ciuitas	20	30	51	0	Aritia: ciuitas	37	0	41	30
Rotomagus: ciuitas	21	30	51	0	Priernum: ciuitas	37	30	41	30
Sequana: fluuius	23	0	50	30	Cume: ciuitas	39	10	41	30
Lugdunum: ciuitas	24	15	45	20	Capua: ciuitas	39	30	41	20
Leucotetia: quam parisiū esse putant	24	30	48	30	Pitheculfa: ciuitas	39	20	40	20
Mofa: fluuius	25	30	53	30	Parthenope: ciuitas	40	0	41	0
Foz iulii: ciuitas	27	20	42	30	Petilia: ciuitas	40	30	38	30
Varus: fluuius	28	20	43	0	Tarentum: ciuitas	41	30	39	30
					Ardea: ciuitas	46	30	41	20

Ex germania

Amassus:fluuius	29 0	55 0
Tuberium:ciuitas	30 0	52 0
Ulma:ciuitas	31 0	47 0
Brondentia:ciuitas	33 30	48 0
Enus:fluuius	34 0	47 30
Biturdium:ciuitas	34 30	51 15
Meuium:ciuitas	35 30	53 30
Bergium:ciuitas	30 0	49 30
Galesia:ciuitas	37 30	52 20
Stragona:ciuitas	39 20	52 30
Corinium:ciuitas	41 10	44 0
Iuollum:ciuitas	42 30	46 0
Bibalis:ciuitas	43 0	45 30
Nerona:ciuitas	44 20	44 30
Eptcaria:ciuitas	45 30	41 20

Ex Sicilia

Pelorus:promontoriū	31 40	38 30
Drepanum:ciuitas	36 30	36 20
Phorbantia:insula	36 0	36 20
Lilibeum:ciuitas		
& promontorium	37 0	36 0
Panormus:ciuitas	37 0	37 0
Heraclea:ciuitas	38 20	36 20
Hibla:ciuitas	38 20	37 0
Ethna:mons	39 0	38 0
Orchus:fluuius	39 30	36 40
Megara:ciuitas	39 10	34 10
Pachinus:promontoriū	46 0	36 20

Ex Sarmatia

Boristhenis:mediū	53 0	50 40
Boristhenes:fluuius	57 30	48 30

Ex Achaia

Calidon:ciuitas	49	0 37	40
Euenus:fluuius	49	0 37	30
Cyrra:mons	50	0 37	30
Pythia:ciuitas	50	30 37	30
Delphi:ciuitas	50	0 37	40
Parnasus:mons	51	0 37	30
Thespie:ciuitas	51	20 37	40
Orchomenus:ciuitas	51	20 37	40
Cytheron:mons	52	30 37	40
Eleusis:ciuitas	52	20 37	10
Athene:ciuitas	52	30 37	10
Megara:ciuitas	52	0 37	20
Marathon:ciuitas	53	10 37	10
Asopus:fluuius	53	30 37	40

Ex aegypto

Alexandria:ciuitas	60	30 31	0
Canopus:ciuitas	60	30 31	1
Nili primum hostiū	60	30 31	1
Secundum:hostium	61	30 31	1
Tertium:hostium	61	30 31	10
Quartum:hostium	62	30 31	10
Quintum:hostium	62	30 31	10
Sextum:hostium	63	1 31	10
Septimum:hostium	63	15 31	10
Dionysia:ciuitas	60	30 29	0
Memphis:ciuitas	61	30 29	30
Hermys:Mercurii			
trismegisti:ciuitas	61	40 28	20
Helyopolis:ciuitas	62	30 29	30

Nomina	Longitudo		Latitudo		Nomina	Longitudo		Latitudo	
	G	M	G	M		G	M	G	M
Riphei:montes	63	0	57	30	Aulis:portus	53	30	37	30
Hostiū occidentale					Calchis:iuxta Euripum				
tanais fluuii	66	20	45	10	fluuium:ciuitas	53	30	38	0
Oriente eiusdem	67	0	54	30	Chyus:insula	54	40	36	0
Ex tracia					Cheronesus	54	30	38	10
Nessus:fluuius	51	30	41	30	Caphareus:promontorium	55	0	37	30
Abdera:ciuitas	52	10	41	30	Delus:insula	55	20	37	20
Rhodope:mons	52	30	43	0	Olearus:ciuitas	55	20	37	30
Samothrace:insula	52	30	41	10	Seriphum:ciuitas	55	0	36	30
Ebrus:fluuius	53	0	41	30	Ex peloponeso				
Bosphorus:fluuius	54	20	41	30	Strophades:insula	47	20	36	0
Bizantium quæ & constantinopolis	56	30	43	0	Alpheus:fluuius	48	20	35	30
Ex macedonia					Pylus:ciuitas	48	30	35	30
Pindus:mons	47	40	38	30	Pifa:ciuitas	48	40	36	0
Phefus:ciuitas	47	19	39	20	Helis:ciuitas	49	0	36	20
Antigonia:ciuitas	48	40	41	20	Troezen:ciuitas	49	10	35	20
Axius:fluuius	46	30	40	40	Lacedemon:ciuitas	50	10	35	30
Strymon:fluuius	50	15	41	20	Eurotas:fluuius	50	30	35	10
Arethusa:fluuius	50	10	41	20	Epidaurus:ciuitas	51	1	37	30
Peneus:fluuius	50	30	39	20	Inachus:fluuius	51	30	35	30
Olympus:mons	50	0	39	20	Corinthus:urbs				
Ossa:mons	50	40	39	40	quæ Ephire	51	15	36	30
Othrys:mons	50	0	38	40	Isthmus:contines				
Pelion:mons	51	10	39	20	Nemea:silua	51	1	36	20
Larissa:ciuitas	51	20	38	30	Argos:ciuitas	51	20	36	10
Athos:mons	51	0	40	10	Mycene:ciuitas	51	30	36	10
Lemnos:insula	52	20	40	30	Egina:urbs	52	20	36	30
Scyros:insula	54	0	39	0	Ex mauritania				
Ex epiro					Tingis cesarea:ciuitas	6	30	35	30
Acroceraunia:montes	44	20	39	10	Atlas minor:mons	6	0	33	20
Butrotum:ciuitas	45	30	38	20	Atlas maior:mons	8	20	36	30
Acheron:fluuius	47	10	38	20	Ex minore aphyrica				
Ambracia:ciuitas	48	0	38	10	Vtica:ciuitas	32	0	32	30
Actium:ciuitas	48	15	37	30	Cirna:mons	33	0	30	0
Leucas:promontorium	48	20	37	40	Carthago:ciuitas	34	30	32	40
Archelous:fluuius	48	30	37	30	Syrtes:paruæ	38	30	32	0
Itacha:insula:in qua & ciuitas eiusdē ē nominis	48	0	37	20	Triton:palus	38	40	29	40
					Ammonis:ciuitas	42	0	32	40
					Syrtes:magnæ	43	10	31	0
					Cirena:ciuitas	50	0	31	30

Nomina	Longitudo			Latitudo			Nomina	Longitudo			Latitudo		
	G	M	G	M	G	M		G	M	G	M	G	M
Thebe:ciuitas	62		30 25		30		Tharfos:ciuitas	67		40 36		30	
Siena:ciuitas	62		0 29		20		Termodo:fluuius	67		0 43		15	
Ex minore asia							Tanais:fluuius	67		0 54		30	
Abydos:ciuitas	55		20 41		15		Phasis:fluuius	72		30 45		0	
Simois:fluuius	55		20 41		0		Colchis:insula	75		30 39		0	
Scamandrus:fluuius	55		15 41		0		Ex syria						
Sigeū:promontorium	55		10 41		0		Carmelus:mons	66		20 32		30	
Iliū q & troia:ciuitas	55		30 41		0		Ptholemais:ciuitas	66		30 33		0	
Tenedos:insula	55		0 30		30		Jordanis:fluuius	67		40 32		30	
Lefbos:insula	55		0 40		0		Tyros:ciuitas	67		0 33		20	
Mitilene:ciuitas	55		40 39		40		Sydon:ciuitas	67		0 33		30	
Icaria:insula	56		30 47		40		Libanus:mons	68		30 34		10	
Chyus:insula	56		20 38		20		Casius:mons	68		30 35		20	
Ida:mons	56		0 41		0		Damascus:ciuitas	69		0 33		0	
Gnidus:ciuitas	56		15 36		0		Ex palestina q &						
Smirna:ciuitas	57		20 38		20		Iudea dicitur						
Clazomene:ciuitas	57		0 38		30		Iopa:ciuitas	65		40 32		30	
Colophon:ciuitas	57		40 38		10		Azotus:ciuitas	65		15 31		30	
Ephesus:ciuitas	57		40 37		40		Afcalon:ciuitas	65		0 31		40	
Meander:fluuius	57		40 37		20		Sebasta:ciuitas	65		40 32		30	
Minas:mons	57		30 38		30		Hierosolyma:ciui.	66		15 31		20	
Pergamus:ciuitas	57		20 39		30		Asphaltus:lacus	66		30 31		10	
Samus:insula	57		0 37		20		Tiberiadis:lacus	67		15 32		1	
Cous:insula	57		0 36		20		Ex assyria						
Rhodus:insula	57		20 35		20		Nintue:ciuitas	78		0 36		40	
Tmolus:mons	58		30 38		30		Babylon:ciuitas	79		0 35		0	
Micale:mons	58		0 37		40		Thesipon:ciuitas	80		0 35		0	
Miletus:ciuitas	58		0 37		0		Cambyfes:fluuius	81		0 42		30	
Magnesia:ciuitas	58		40 39		10		Ex Carmania						
Philadelphia:ciuitas	59		30 38		30		Bactra:regia	116		0 41		0	
Laodicia:ciuitas	59		30 38		40		Oxiana:ciuitas	117		10 44		40	
Antiochia:ciuitas	59		30 38		30		Ex india						
Cadmus:mons	59		0 39		20		Bragma:ciuitas	128		0 19		0	
Pactolus:fluuius	59		0 38		15		Ganges:fluuius	129		0 17		20	
Nysa:ciuitas	59		0 38		0		Gāgis:primū hostiū	144		30 18		10	
Hermus:fluuius	60		0 40		0		Secundū:hostium	145		40 18		40	
Didimus:mons	61		0 40		40		Tertium:hostium	146		30 18		40	
Iconium:ciuitas	64		30 38		30		Quartum:hostium	147		30 18		30	




Provinciarum principia media atq; fines tum in longitudinum tum latitudinum gradibus.

Table with columns for Province, Longitudo (P, M, F), and Latitudo (P, M, F). Lists provinces from Europe, Africa, and Asia with their respective coordinates.

18 Orizon qui & finitor dicitur est sphaerae circulus maior: superius hemisphaerium ab inferiore diuides. est. n. is circulus in quem sub diuo consistentiu: circuducentiuq; oculos: uidet obtutus deficere: qui & de partem caeli uisam a non uisa dirimere. Hemisphaerium: dimidium sphaerae nuncupamus.
19 Rectus orizon est orizon sub aequatore habitantium: qui & sphaeram rectam habere dicuntur.


Obliquus orizon est orizon ultra: citraue aequatorem habitantium ubicunq; morari contingat. qui & idem sphaeram decliuem: pronam: atq; obliquam habere dicuntur. & omnium orizontium capitis uertex: polus dicitur: a finitore scilicet undiq; omniq; ex parte aequidistans. Latitudo locorum est in teualu: atq; distantia puncti uerticis loci ad aequatorem. pro qua haec subdis regula.

20 Quanta est eleuatio poli mundi super orizontem: tanta est distantia puncti uerticis ad aequatorem. quod per inde est ac si dicatur quanta est alicuius loci: poli mundi eleuatio super orizontem: tanta est eiusdem loci latitudo. quae hoc pacto demonstratur. Est a b c alter colurus nostro meridiano coiuuctus. Linea b aqtor: c punctus uerticis: d polus mundi: e orizo. manifestu est arcum d e esse eleuationem poli super orizontem: quam dico esse aequa arcui c b: qui est distantia puncti uerticis ad aequatorem. na arcus b d: (qui est distantia aequatoris ad polum mundi) est quarta pars circuli a b e: & similiter arcus c e: distantia scilicet puncti uerticis ad orizontem: sunt igitur arcus b d: & arcus c e: quadrantes scilicet eiusdem circuli adinuicem aequales: quado quidem quartae oes eiusdem circuli adinuicem aequantur. at arcus c d: est pars primae quartae b d: similiter quoq; & idem arcus c d: pars est secundae quartae c e: dempto ergo ab utraq; quartarum communi arcu c d: residua erunt aequalia. nam proloquium: dignitate est: si ab aequalibus aequalia aut idem commune auferas residua esse aequalia. sed dempto arcu c d: ab quadrante b d: relinquitur c b: distantia a puncto uerticali ad aequatorem. & dempto eodem arcu c d: ab secundo quadrante c e: relinquitur d e: eleuatio scilicet poli mundi super orizontem: aequantur igitur adinuicem c b: & d e: distantia scilicet puncti uerticis ad aequatorem: & eleuatio poli mundi super orizontem. quanta est ergo eleuatio poli mundi super orizontem tanta est & distantia puncti uerticis ad aequatorem. quae est & loci latitudo atq; propositum.



De quattuor circulis minoribus Capitulum sextum.
21 Tropicus cancri est circulus minor: quem sol in principio cancri existens ad motum primi mobilis describit: & solsticium aestiuum dicitur. Tropicus capricorni est circulus minor: quem sol initium capricorni tenes: ad motum primi mobilis describit: quem & circulum brumae dicimus.

22 Circulus arcticus est circulus minor quem polus zodiaci ad motum primi mobilis circa polum mundi arcticum describit. Circulus antarcticus est circulus minor: quem alter polus zodiaci circa polum mundi antarcticum circinat & describit. Polum zodiaci: punctum undecunq; eclipticae aequidistantem nuncupamus. sunt. n. poli zodiaci: axis eclipticae extremitates. & p distantia poli zodiaci a polo mundi cognoscenda haec subdis regula.



23 Quanta est maxima solis declinatio tanta est distantia poli zodiaci a polo mundi. Quae hoc pacto demonstratur. Sit circulus a b d: colurus solstitorum: qui ex diffinitione per polos zodiaci pariter & polos mundi transit. & sit linea a: ecliptica & linea b: aequator & punctus c: polus zodiaci: d uero polus mundi. dico ergo arcum c d: qui est distantia poli zodiaci a polo mundi: aequum esse arcui b a: qui est maxima solis declinatio. Nam arcus a c: est quarta pars circuli a b d: est enim c: polus eclipticae a: sed & arcus b d: est quarta eiusdem circuli: igitur quartae a c: & b d: adinuicem aequantur: & arcus b c: est pars quartae a c: itidem & pars quartae b d: dempto igitur a duabus quartis a c: & b d: eodem communi arcu qui est b c: residua: per conceptionem erunt aequalia. at dempto arcu b c: ab arcu a c: relinquitur b a: & dempto eodem arcu b c: ab arcu b d: relinquitur c d: aequantur igitur relicta adinuicem c d: & b a: quae sunt distantia poli zodiaci a polo mundi & maxima solis declinatio. quod est propositum.



24 Ex his quoque & determinatis in praecedente commento: distans tum i cae lo: tum in terra cognoscere promptum est: ut esto a d k: colurus solstitorum. & linea a k: orizon. linea b: circulus brumae: c: aequator: d: solsticium aestiuum: e: uertex capitis: f: punctus circuli borei: punctus uerticis uicini: g: polus mundi: h: punctus circuli borei: a uerticali puncto remotissimus.

Ad cognoscenda ergo alicuius loci notae latitudinis citra aequatorem ad circulum aestiuum sit: distantiam orizontis ad punctum circuli borei sibi uicinius: ut arcum k h: substrahe ab arcu g k: (qui aequatur per regulam praecedentis capitis latitudini loci) arcu g h: qui aequus est maxime solis declinationi a Prolemaeo diffinitae. 23. graduum & 51. minorum & remaneat distantia petita.

Ad cognoscendam eleuationem poli mundi super orizonta eiusdem loci ut arcum g k: quare loci il-

lius cuiuscunq; per tabulam quarto capiti adiectam: latitudinē & per regulam præcedētis capitis habes tuam eleuationem. æquatur enim latitudo semper polari eleuationi.

Ad cognoscendam maximam eleuationem circuli arctici super horizontem: ut arcum f k: adde arcui g k: eleuationi scilicet poli mundi super horizonta: arcum f g: qui æquatur maxime solis declinationi: & habes petitum.

Ad cognoscendam distantiam puncti uerticis ad horizonta: ut arcum e k: partire .360. circuli numerū: per .4. & proueniet .60. scilicet interuallum uerticis capitis & finitoris.

Ad cognoscendam distantiam orientis ad circulum æstiuum: ex eadem parte quæ ē arcus d k: adde arcui d h: (qui est quarta circuli & .60. graduum) arcum h k: prius cognitum: & habes interuallum inter orientis: chelafq; eadem ex parte interceptum.

Ad cognoscendam distantiam orientis eadem ex parte ad equatorem: id est arcum c k: adde arcui d k: proxime inuento: maximam solis declinationem. & interuallum proueniet petitum.

Ad cognoscendam maximam distantiam orientis ad circulum brumæ: hoc est arcum b k: maximæ distantie orientis ad æquatorem nunc inuentæ: adde iterum maximam solis declinationem ut arcui b a: & habes petitum.

Arcus enim a k: interualli orientis ad orientem notus est. nam circuli medietas: quæ est .180. & hoc pacto cape distantias ab h: polo scilicet zodiaci: ipsum ad g: ad f: ad e: ad d: ad c: ad b: ad a: comparando. & hunc in modum de cæteris punctis: & cognosces promptissime omnes gradus & minuta distantiarum in cælo quibus quidem cum similia in terris respondeant gradus & minuta interuallorum terræ facillime dinoscet. & latitudinem parisiensem: horum interuallorum formulam subiunximus: eiusmodi distantiarum locorum solis superioris figuræ litteris usi ut k h: pro eleuatione poli egyptice super orientem. & k g: pro eleuatione poli mundi. & hoc pacto de reliquis & horum interuallorum distantiaq; cognoscendarum promptitudo: non paruum ad cosmographiam Ptolemæi: & Geographiam Strabonis habet momentum.


Distatæ G M	Distatæ G M	Distantes G M	Ad latitudinem. 48.
kh 24 09	hc 113 51	fb 89 51	
kg 48 00	hb 137 42	fa 108 09	
kf 71 51	ha 155 51	ed 24 09	
ke 90 00	gf 23 51	ec 48 00	
kd 114 09	ge 42 00	eb 71 51	
kc 138 00	gd 66 09	ea 90 00	
kb 161 51	gc 90 00	dc 23 51	
ka 180 00	gb 113 51	db 47 42	
Hg 23 51	ga 132 00	da 65 51	
Hf 47 42	fe 151 09	cb 23 51	
He 65 51	fd 42 09	ca 42 00	
Hd 09 00	fc 66 09	ba 18 09	

25 Aduerte præterea distantiam proxime a circulo boreo ad circulum cancri (quæ est arcus f d) inueniri subducendo maximam solis declinationem & distantiam circuli borei a cardine mundi: quæ eidem maximæ declinationi æquatur: scilicet c d & f g ab quarta circuli scilicet .90. gradibus. at maxima solis declinatio quæ est a ptolemæo per scripta gradus .23. & minuta .51. duplata gradus conflat .47. & minuta .42. subductis itaque a .90. gradibus eiusmodi geminante distante gradibus .47. & minuta .42. relinquantur gradus .42. & minuta .18. proxima scilicet distantia circuli borei ad cancrum: quæ ut notat autor. fere dupla est ad maximam solis declinationem. fere nō ab re adiectum est: quia ea minor est duplo maximæ declinationis: quanto .47. gradus & .42. minuta superant. .42. gradus & .18. minuta scilicet .5. gradibus & .24. minutis. neq; auctor exactam pro introductionis officio curauit ponere murationem.

26 Id demum animaduersione non est indignum: non omnino uerū esse maximam solis declinationem gradus .23. minuta .51. constanter seruari propter motum inclinationis octauæ circuli: quem motum sol insequitur. scilicet indefinienda: determinandaq; maximæ declinationis quantitate: secutus est Alphagranum & ille ptolemæum cui nondum octauæ circuli inclinationis motus quæ accessum: recessumq; uocat satis exoloratus euaserat quod ex theoreticis fidelius requirere licebit.

27 Paralellus circulus est qui quoquo uersus omnique ex parte alteri circulo æquidistat: ut circulus arcticus paralellus est circulo cancri: æquatori: circulo brumæ: & antarctico. & sunt quinque paralelli in sphaera signati: g sunt circulus arcticus: circulus cancri: æquator: circulus capricorni: & circulus antarcticus: quorum quattuor minores arcticus: cancri: capricorni: & antarcticus determinant distinguuntque quinque cæli zonas.

23 Est ergo adiectæ figuræ a: polus mundi: b: & c: circulus boreus: d: circulus arcticus: f g: circulus brumæ: h k: circulus antarcticus: l: uero polus notius: atq; astro noticus. erit prima zona: f. borea: arcticaq; totū inter b a c: interceptū spacium: quæ continuo frigore rigens inhabitata ē. scda erit totū inter b c & d e: interceptū spacium: temperata atq; habitabilis tertia erit totū inter d e: & f g: interceptū spacium: feruore male: ægregq; habitabilis: sol. n. illic scdm lineā g d: (quæ nobis egypticā designat) assidua uolubilitate gyros ducens: suo feruore eā reddit inhabitatā. quarta est totū inter f g: & h k: interceptū spacium: temperata atq; habitabilis si æquum uastitas & altera cæli facies id impune sinat. quinta est totū inter h k l: interclusum spacium: frigore semper horrens: atq; inhabitata: & cum dicimus aliquam cæli zonam: aut habitam: aut inhabitatam hanc denominationē a simili zona terræ illi cælesti plagæ subiectæ intelligi uolumus. & inhabitatam aut habitabilem dicimus: bene & facile habitabilem: cum autem inhabitatam inhabitabilem: ægre: difficileq; habitabilem intelligimus. sunt enim qui exustam torridamq; zonam nunc habitant multi. & hæc quinque zonæ sumpta sphaera facile conspiciuntur. Cætera autē litteræ intellectui peruia sunt. **Introductorii Astronomici de sphaera secundi finis.**



ENARRATIO Libri tertii. De ortu & occasu signoz: de diuersitate diez & noctiū: & de diuersitate climatū: & primo de ortu & occasu Cosmico: Chronico: & Heliaco: hoc ē mūdiali: tēporali: & solari. Capitulū primū.

1 Ortus cosmicus qui & mundialis dicitur: est ascensio signi aut stellæ de die super orientem. hic eam moram nuncupamus: qua sol super hemisphaerium nostrum fertur qui & dies artificialis inferrius uocabitur. Et id signum quod mane cum sole in nostrum conscendit: senlimq; eleuatur hemisphaerium: maxime & excelentia quadam cosmice oriri dicitur: ut i. ueris initio aries: æstatis cæcer: autumnus chele in initio brumæ capricornus.

2 Occasus cosmicus est descensio signi aut stellæ sub nostrum orientem: dum sol nostrum occupat hemisphaerium & id maxime cosmice occidere dicitur: qd sole diluculo sensim ex orientis parte emergente: continuo pronum abit in occasum: ut in ueris initio chele: æstatis egoceros: autumnus aries: brumæ cæcer. sunt enim hæc illis signis opposita: quæ maxime in eorum temporum: initis cosmice prius oriri dicebantur: & de hoc ortu occasuq; insigne est hoc Virgili Georgicon.

Vere fabis satio. tunc te quoq; medica putres. Accipiunt sulci: & milio uenit annua cura: Candidus auratis aperit cum cornibus annum. Taurus: & aduerso cedens canis occidit astro. At si triticeam messem: robustaq; farra Exercebis humum: solisq; instabis aristas Ante tibi eoe atlantides abscondantur: Gnosiaq; ardentis decedat stella coronæ: Debita q; sulcis committas semina: quamq; Inuite properes anni spem credere terræ: Quattuor temporum anni initia: media: ac fines: tum in mensibus: tum in signis cælestibus hac formula deprehenduntur.

Pri. Me. Finis	Tempora	Principium	Medium	Finis.
M A M	Ver	Aries	Taurus	Gemini
I I A	Æstas	Cæcer	Leo	Virgo
S O N	Autūnus	Libra	Scorpius	Sagittarius
D I F	Hyems	Capricornus	Aquarius	Pisces

3 Ortus chronicus qui & temporaneus dicitur est ascensio signi aut stellæ sup orientem: post solis occasum eo enim tempore quod a crepusculo uespertino principium sumit: mathematici utuntur: nō qui Arithmeticam: Mulicē: Geometricam: Astronomicamq; dignitatem profitentur: sed quos uanos ueneficosq; nuncupamus: qualibus ueneficis sagisq; mulieribus: maxime infamis Tethalia fuisse legitur. qualē fuisse Circen: qualemq; Medeam his uerbis fingit Ouidius.

Diiq; omnes noctis adeste: Quoz ope cum uolui (ripis mirantibus) amnes. In fontes redire suos: concussaq; sisto. Stantia cōcutio. cantū freta nubila pello. Nubilaq; induco. uentos abigoq; uocoq; Vipereas rumpo uerbis & carmine fauces. Viuaq; saxa sua conuulsaq; robora terra Et siluas moueo. iubeoq; tremiscere montes: Et mugire solum: manesq; exire sepulcris. Et insigniores poetæ damnū calamitatēq; insinuare uolētes ad id exprimēdū hoc ortu qñ isualto ut: bāc. & hoc quoq; ortu nō nesci? naso: sui exilii iselicē & nullo tpe reuocatā morā his uerbis deplorat. Sed memor unde abii: quæror o iucūde sodalis Accedant nostris seu a q; arma malis. Ut careo uobis scithicas detrusus in oras: Quattuor autumnos pleias orta facit.

4 Pleiades enim sunt septem stellæ tauri quæ & atlantides dicuntur: quæ quidem in cosmico mundanoque ortu fere in medio ueris orientur: sed ortu cronico fere in medio autumnus: a septem atlantis filiabus hæc nomina sortitæ. Electra: Altione: Celeno: Merope: Altrophe: Tagate: Maia. Nec hoc mirum quidem: fuerunt enim Atlas & Mercurius trismegistus atlantis nepos: insignes astronomi: & fer-



me eius artis repertores: q nomina syderibus fecerunt: quæ adhuc obseruat posteritas: ut par est credere medicæ opiferaq; artis primos repertores suis fecisse nomina rebus: quod tñ singulariter inquit Ouidi9 pleias orta: ea singulari insigniq; appellatione Maiam intelligamus: quæ ob honorem mercurii pleiados nomen sibi peculiariter uendicat ac asciscit.

- 56 Occasus chronicus est descensio signi aut stellæ sub horizontem post solis occasum.
57 Heliacus ortus qui & solaris dicitur: est cum signum aut stella a radiis solis emergens incipit apparere: quam prius solis præsentia: uicinitasq; uideri non linebat. insignius enim lumen: minus offundit atq; of fuscet uideriq; non permittit.
70 Heliacus occasus est cū prius astrum aut stella uideretur: haud quaquam amplius uideri finit solis uici nia ut in coitu solis & lunæ contingit lunam non uideri. Astri nomine: coelestem imaginem: signumq; coeleste comprehendimus. Et hi tres ortuū: occasuumq; modi ex græcis uocabulis cosmos: chronos: & helios: qui sunt mundus: tempus: sol: nomina sumunt: poeticiq; dicuntur: q; poetae frequētius illis utant. idcirco nihil mirū uideri debet: si poetarum adducendo carmina: eorum hoc in loco in req; sua: sum9 plurimum subfragiis usi: nunc autem ad cætera transeamus.

De ortu & occasu signorum secundum astrologos Capitulum secundum

Hic de ascensione atq; ortu signorum cuius præsertim astronomi præcipua cura est: exæquitur autor.

- 8 Ortus ergo astronomicus signi est ortus: ascensioq; eius partis æquatoris circuli: quæ una cū signo ex orientis parte super horizontem emergit: & hoc pacto de ortu partis signi dicatur.
9 Signum recte oriri dicitur: quo cum maior pars æquatoris oritur: & ita de parte signi dicatur.
10 Signum oblique proneque oriri dicitur: quo cum minor pars æquatoris oritur: & ita quoque de par te signi dicatur.
11 Occasus astronomicus signi: est descensio eius partis æquatoris ex parte occidentis: quæ cū signo præ ceptis: pronaq; tendit sub occasum: qui & bifariam diducitur: in rectum scilicet & pronum.
12 Occasus signi rectus: est quoties maior pars æquatoris prona cū eo simul occidit: tēditq; occasum.
13 Occasus uero signi pronus: obliquusq; est quoties æquatoris portio: miōr sub horizontē simul unaq; cum signo demergitur. Et intelligit maior portio æquatoris cum signo aut oriri aut cadere quoties plu res: 30. gradibus æquatoris cum signo aut emergunt aut decidunt. Et cōtra: minor si pauiores. 30. gradi bus cum eo oriantur: occidunt: & hoc pacto de occasu partium itelligere facillimū est. & de eiusmodi ascensionibus aduertendæ sunt nonnullæ regulæ: quas autoris littera continet.
14 Prima est æquinoctialis circulus tum in sphæra recta q̄ declinat: regulis: uniformisq; ascendit: ita ut i teporibus æqualibus continue æquales arcus: portionesq; conscendant: quo fit ut cum in omni orizon te. 24. horarum interualla: completam æquatoris circuli reuolutionem contineant: i una ergo qualibet hora continuo: æquatoris. 15. gradus emergūt: fit iterum cum orizō rectus: omnes arcus diurnos ubi uis gentium æqua partitioe cum nocturnis æquet: ut sex æquatoris signa (hoc est gradus. 180.) duodecim ho rarum interualla in suo ortu conficiant.
15 Secunda zodiacus circulus non uniformis ascendit: neq; in sphæra recta quidem: neq; in obliqua s; quanto portio zodiaci rectior ascendit: tanto ampliore temporis mora suus ortus conficitur: & quanto pronior: obliquiorq; tanto contractiore.
16 Vnde cognoscere promptum est præsertim obliquum horizonta habentibus: quæ recta: quæue pnæ signa oriantur: occiduntq; nam cum illis propensissima dies artificialis (quæ moram solis super horizonta nuncupamus). 12. horas super & ut quæ habitantibus ad Cynosuram sole subeunte cancrum contingit sex signa illa die super horizontem emergentia ut recta oriantur: pronaq; cadant necesse est: ut esto uerbi causa illorum dies longissima. 16. horarum spacio distensa: quanta nobis Parisianam academiā colen tibus accidit. Cum illo in toto illo. 16. horarum interuallo solum sex signa zodiaci quæ sunt cæcer: leo: uirgo: chele: scorpius: & sagittarius oriantur: cōscendantq; super horizonta: & in. 12. horarū interuallo to tidem æquatoris signa conscendant: ergo in. 16. horarum interuallo maior æquatoris portio q̄ signa sex cum sex zodiaci signis oriuntur: recte igitur oriuntur cancer: leo: uirgo: chele: scorpius atq; sagittarius: & i contractissima die quæ est sole subeunte brume: capricorniq; circulum (quæ uerbi causa fit. 8. horarum) ueniunt. 6. zodiaci signa super horizontem quæ sunt capricornus: aquarius: pisces: aries: taurus: & gemini. at in. 8. horarum interuallo pauciora. 6. signis æquatoris oriuntur: oriuntur enī dūtaxat quattuor: ergo capricornus: aquarius: pisces: aries: taurus: gemini oblique oriunt. Nam cum illis minor æquatoris por tio oritur: & hoc habitantibus ad cancrum: habitantibus enim ad egocerotā: capricornusq; oppositum eueniret. Et eadem ratione cancer: leo: uirgo chele: scorpius: & sagittarius recte orientia: prona obliqua que decidunt: nam in contractissima nocte (ut uerbi causa quæ. 8. horarum est) quemadmodum sole ini tia cancri subeunte parisii accidit. 6. illa signa occidunt: at solum æquatoris. 4. in illo. 8. horarum inter uallo illis occidunt. cadunt igitur prona: illa. 6. signa. & eodem pacto ostendas capricornum: aquarium: pisces: arietem: taurum: & geminos occidere recte: q; occidant in protractissima: longissimaq; nocte. Et quanuis ocularis sphære inspectio ad hæc & sequentia rite intelligenda nō nihil afferat prædii: uix tñ

tao ingenio: tanq; fabrefacta iuenias: quæ arcuū ascensionū: tū paruoz: tum magnoz discrimina: satis aperte monstret: quapropter ut dilucidius oia pateat: sapius ascensionū tabulæ consulendæ erunt: neq; præsentis introductionis officiu: pondus demonstrationis sustinet quo pacto signiferi circuli in utroque orizonte ascensionū inæqualitatē esse necesse est: & cætera id genus sequentia. in unaquaq; enī disciplina: opere precium ducendum est illa sola tractari quæ in ea bene cognosci deprehendiq; ualeant.

Hæc tabula est ascensionum rectarum hoc est habitantium sub æquatore cuius prima numerorum li nea in sinistra collocata: ab uno ad. 30. continue usq; procedens: gradus signoz zodiaci declarat. Cætera autem lineæ a leua dextrorsum tendētes: gradus æquatoris coascendentes monstrant.

Table with columns for signs (Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scor., Sagit., Capri., Aqri9, Pisces) and rows for degrees (1-30). Each sign has two columns (G, M) representing different measurements. The table shows the progression of degrees and their corresponding values across the signs.

13	191	57	220	32	251	33	284	8	315	29	344	21
14	192	52	221	31	252	38	285	13	316	29	345	17
15	193	48	222	31	253	43	286	17	317	29	346	12
16	194	43	223	31	254	47	287	22	318	29	347	8
17	195	39	224	31	255	52	288	27	319	28	348	3
18	196	35	225	31	256	57	289	31	320	27	348	59
19	197	31	226	32	258	2	290	35	321	26	349	54
20	198	27	227	33	259	7	291	39	322	25	350	50
21	199	23	228	33	260	12	292	43	323	24	351	45
22	200	19	229	34	261	17	293	45	324	23	352	40
23	201	15	230	35	262	22	294	51	325	21	353	35
24	202	12	231	36	263	27	295	54	326	20	354	30
